Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8324
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Vicesima causa habz quatuor
quaestiones ¶ In prima quaerit
an prius tradita in monasterio
non cogent ibi manere Soluto
non nisi postquam ad annos discre=
tionis pervenerint et consenserint
¶ In 2a si praeter voluntatem
parentum intraverint monasterium
an possint per eos extrahi Soluto
possunt infra annum nec sunt
infra annos discretionis C. puella
¶ In 3tia an qui cucullam invitus
induerit cogatur eam servare
Soluto non nisi post consenserit
¶ In 4a an liceat ab uno monaste=
rio transire ad aliud Soluto
sic dicitur regule
Vicesima prima habz quinque quaestiones
¶ In prima quaerit an duo
possint in duabus diocesibus inservire
Soluto non
¶ In 2a an liceat clerico ad aliam
ecclesiam transire Soluto non sine
licentia domini sui Epi C. quidam iam
¶ In 3a an liceat clericis exercere
praedicationem negotiorum secularium
Soluto non nisi causa pietatis
¶ In 4a an liceat clericis ornari
fulgidis vestibus Soluto non
¶ In quinta qua poena sint servandi
qui ad secularem habitum transeunt
Soluto excommunicatione
Vicesima secunda habz quinque quaestiones
¶ In prima quaerit an iura=
mentum sit praestandum Soluto sic
causa necessitatis
¶ In 2a an sit periurus qui iurat
sine quod credit esse verum Soluto sic
propter intentionem fallendi
¶ In 3a an liceat clericis episcopis denegare
obedientiam domino Soluto non
ante condemnationem
¶ In 4a an iuramentum illicitum sit
servandum Soluto non C. in malis
¶ In 5a an sint periuri qui cogunt
alium per iuramentum Soluto sic
Vicesima tertia habz octo quaestiones
¶ In prima quaerit an mili=
tare sit peccatum Soluto non C. militare
¶ In 2a an bellum sit iustum quod fit
credito pulsandi malos causa
boni Soluto sic C. primo
¶ In 3a an inimica caritas arma sit
pulsanda Soluto sic C. fortitudo
¶ In 4a an sit vindicta inferenda
Soluto sic et C. ea vindicta
¶ In 5a an sit petenda iudicia ut ministro
verum credere Soluto non nisi causa
iustitiae C. iudex
¶ In 6a an male sint cogendi ad bonum
Soluto sic C. ad fidem
¶ In 7a an haeretici sint spoliandi bona
sua etiam Soluto sic C. iam vero
¶ In 8a an liceat clericis arma movere
Soluto non manu propria nisi in causa
necessitatis C. quoniam
Vicesima quarta habz tres quaestiones
¶ In prima quaerit an haereticus
possit excommunicare Soluto non C. iudaeum
¶ In 2a an post mortem aliquis
possit excommunicari Soluto sic per haeresi C. dum